

morialibus Roborarj^f; ut et quod factum est. stabile perseueret; et alij^g prouocentur exemplo simili ad uirtutem^d; Nouerint igitur vniuersi; presentem paginam / Inspecturj; quod cum Curia nostra in Esschans²; dudum cum onere suo; et eius redditibus fuisset pignori obligata³; ut non solum Monasterio^h nostro esset^d inutilisⁱ; sed etiam perpetuo timeretur amj-/ttj^j; Dilectus jn^k xpo^l frater noster; Burchardus prepositus; jndempnitati^m fratrum et ecclesie sue; affectu pio cupiens prouidere; predictam Curiam de manu Dietricjⁿ militis de hasela⁴ Redemit; / et eam Monasterio^h nostro Restituit^o; penitus absolutam; Verum. Quia Curia memorata; priusquam^p predicto modo pignori traderetur; beneficium fuerat claustrale. soluens^q annuatim duo seruj-/tia^{r5} fratribus in comunj; placuit nobis totique nostro conuentuj^t; eandem Curiam ipsius prepositi relinquere ordinationi; Ita^t; ut quicquid^u jdem^r de ipsa et de redditibus eius^d duceret statuendum; / perpetuo seruaretur; Porro^w prefatus prepositus; non priuato commodo; set^x comunj^y potius fratrum^z prospiciens consolationj; taliter de prefata duxit Curia; simul et eius Redditibus statuendum^a; / ut ipsa; Cappelle sancti^b Johannis⁶; que similiter beneficium est claustrale; perpetuo sit annexa; frater^c uero; cui hec Cappella jn^e beneficium fuerit assignata; antiqua duo seruitia; superior memorata^d; / fratribus sicut olim ministrabit; Ratione uidelicet Curie huius; Cappelle ipsi de nouo adiecte; Deinde^f prefatus prepositus; considerationis sue oculum; ad triplex bonum dirigen; Quorum primum est; / ut quedam^g festa; quorum apud nos condigna celebratio non extabat; honore debito peragantur; Secundum est; ut fiat fratrum commemoratio jnⁱ comunj; sicut jn^{fra} plenius distinguetur Tercium / uero; ut comunj^k proueniat consolationj; quod prius cessit unjus^l commodo singularis; Ita statuit; ut preter antiqua duo seruitia; que supra memorauimus. pedicte Cappelle Gubernator^s; de pensione Curie / supradicte^d; vnum stopum jn^m festo sanctiⁿ Johannis ante portam latinam; Secundum Jn^m Octaua sanctiⁿ Johannis Baptiste; Tercium uero jn Octaua Apostolorum petri et paulj; Quartum autem jn^m Octaua assumptionis beate uirginis; Que /